



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

Vtrum aliqua creatura in nihilum sit redigenda.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)

AD NOVUM dicendū, q̄ in illis quæ sunt p̄ naturā incorruptibilia, non præintelligitur potentia ad nō esse, quæ tollatur per aliquid a Deo receptum, s̄m p̄ obiectio procedebat, & hoc ex dictis patet. Sed in illis quæ sunt incorruptibilia per gratiam, subest possibilitas ad non esse in ipsa natura: quæ tamen totaliter reprimitur per gratiam ex virtute Dei.

AD X. dicendū, q̄ si Deus creaturas incorruptibiles in nihilum redigeret ab earum conseruatione cessando, non propter hoc sempiternitatem a natura separaret, quasi remaneret natura non sempiterna, sed tota natura deficeret influxu causæ cessante.

AD XI. dicendū, q̄ corruptibile per naturā nō potest mutari, vt fiat per naturam incorruptibile, nec e conuerso, quamuis illud quod est per naturā corruptibile, possit per gloriam superuenientem perpetuum fieri. Non tamen ex hoc oportet ponere aliqua corruptibilia, fieri per naturam incorruptibilia: quia esse desinerent causa non cessante.

AD XII. dicendū, q̄ licet creaturæ incorruptibiles ex Dei voluntate dependant, quæ pōt eis esse p̄bere, & non p̄bere: consequuntur tamen ex diuina voluntate absolutam necessitatem essendi, in quantum in tali natura causantur, in qua non sit possibilitas ad non esse: talia n. sunt cuncta creata, qualia Deus esse ea voluit, vt Hil. dicit in lib. de synodis.

AD XIII. dicendū, q̄ Deus licet possit creaturas redigere in nihilum, non tñ pōt facere q̄ eis manētibz ipse nō sit eorum causa (est autem earū causa, & sicut efficiens, & sicut finis) sicut ergo Deus non potest facere q̄ creatura in esse manens ab eo non sit, & ita nō pōt facere quod ad eius bonitatem nō ordinetur. vnde, cum malum culpæ priuēt ordinē qui est in ipsum, sicut in finem, eo quod est auersio ab incommutabili bono, Deus non potest esse causa mali culpæ, quamuis potest esse causa annihilationis, omnino a conseruatione cessando.

AD XIV. dicendū, quod Aug. loquitur de malo culpæ: & si loqueretur etiam de malo pœnæ, annihilatione tamē rerum nullum malum est, quia omne malū fundatur in bono, cū sit priuatio, vt Aug. dicit. Vnde sicut ante rerum creationem, malū nō erat, ita nec malū esset, si omnia Deus annihilaret.

AD XV. dicendū, quod in nulla creatura est virtus, quæ possit vel de nihilo aliquid facere, vel aliqd in nihilum redigere. Quod autem creaturæ in nihilum redigerent diuina conseruatione cessante, hoc non esset per aliquam actionem creaturæ, sed per eius defectum, vt ex prædictis patet.

ARTICVLVS IIII.

Utrum aliqua creatura in nihilum sit redigenda, vel in nihilum redigatur.

QVARTO quaritur, vtrum aliqua creatura in nihilum sit redigēda, vel etiam in nihilum redigatur. Et videtur quod sic. Sicut enim potētia finita nō potest mouere tēpore infinito, ita nec per potētia finitam pōt aliquid esse tempore infinito: sed oīs potētia corporis est finita, vt probat̄ in 8. Phy. ergo in nullo corpore est potētia, vt possit durare tempore infinito. Quædā autem corpora sunt quæ non possunt corrupti, eo quod non habent contrarium: sicut corpora cælestia, ergo necesse est quod quandoque in nihilum redigantur. ¶ 2. Præ. Illud qd̄ est pp̄ aliquem finem adipiscēdū, habito sine vterius eo non indiget: sicut patet de nauī, quæ necessaria est mare transeuntibus, non autem iā trāsito mari: sed creatura corporalis creata

A est pp̄ spiritualē, vt per eā iunctur ad sūm finem cōsequendū. Cum ergo creatura spiritualis erit in suo sine vltimo cōstituta, corporali vterius non indigebit. Cū ergo nihil sit sup̄flūū in operibz Dei, vt q̄ in vltimo rerum sine oīs creatura corporalis deficiet.

¶ 3. Præ. Nihil qd̄ est p̄ accidens, est infinitū: sed esse est cuiuslibet creaturæ p̄ accidens, vt Auicē. dicit (vñ & Hil. in lib. de Trin. Deū a creatura distinguēs dicit, Esse nō est accidēs Deo) ergo nulla creatura in infinitum durabit. Et sic oīs creaturæ q̄q; deficiēt.

¶ 4. Præ. Finis dēt rēdere p̄ncipio: sed creaturæ p̄ncipiū sumptērūt postquā nihil erat p̄ter Deū. ergo adhuc creaturæ reducēt̄ in finē, qd̄ oīno nihil erit.

¶ 5. Præ. Qd̄ nō hēt virtutē vt sit semper, nō pōt in perpetuū durare: sed illud qd̄ nō semp̄ fuit, nō hēt virtutē vt sit semper: ergo quod nō semp̄ fuit, non potest in perpetuum durare. Sed creaturæ nō semp̄ fuerunt. ergo non possunt in perpetuum durare. & sic quandoque in nihilum redigentur.

¶ 6. Præ. Iustitia requirit hoc, vt propter ingratitudinem aliquis beneficio accepto vel suscepto priuetur: sed per peccatum mortale homo ingratus est inuentus: ergo iustitia hoc exigit, ut de oīs beneficijs Dei priuetur, inter quæ etiam est ipsum esse. Iudicium autem Dei de peccatoribus erit iustum s̄m Ap̄tolum Roman. 2. ergo in nihilum redigētur.

¶ 7. Præ. Ad hoc est qd̄ d̄t Ierem. 10. Corripe me Dñe: verum tñ in iudicio, & nō in furore tuo: ad nihilum redigas me. Sed diceretur, q̄ Deus semper punit citra condignū pp̄ misericordiam, q̄ in Dei iudicio iustitia admiscet, & sic Deo nō totaliter peccatores a participatione suorū bñficiorū excludet.

¶ 8. Sed contra. In hoc homini misericordia non præstatur, quod sibi detur aliquid quod melius esset ei non habere: sed damnato in inferno melius esset nō esse quā sic esse, quod patet per id quod dicitur Matth. 1. de Iuda. Melius erat ei si non fuisset homo ille, ergo ad misericordiam Dei non pertinet, quod damnatos conseruet in esse.

¶ 9. Præ. Illa quæ non habent materiam partē sui, corrumpunt omnino, id est totaliter, cum esse desinunt, vt dicitur in tertio Metaphysic. sicut sunt accidentia: hæc autem frequenter esse desinunt, ergo aliqua in nihilum rediguntur.

¶ 10. Præ. Philosophus in 6. Physic. argumentatur, quod si continuum est ex indiuisibilibz, quod necesse est, quod indiuisibilia diuidantur. Ex quo potest accipi quod vnumquodque resoluitur in ea ex quibus est: sed omnes creaturæ sunt ex nihilo, ergo omnes in nihilum quandoque redigentur.

¶ 11. Præ. 2. Pet. 3. dicitur, Cæli magno impetu trāsbent: sed non possunt transire per corruptionem in aliquod aliud corpus, cum non habeant contrarium, ergo transibunt in nihilum.

¶ 12. Præ. Ad idē est quod dicitur in Psalmo. Opera manuum tuarum sunt cæli, ipsi peribunt: & Luc. 21. dicitur, Cælum & terra transibunt.

SED CONTRA est, quod dicitur Ecclesiastes. 1. Terra autē in æternū stat. Præterea. Ecclesiastes. 3. dicitur, Didici, q̄ oīa opera, quæ fecit Deus p̄seuerent in æternū, ergo creaturæ in nihilū nō redigent̄.

RESPON. Dicendum, q̄ vniuersitas creaturarum numquā in nihilum rediget̄. Et quāuis creaturæ corruptibiles non semp̄ fuerint, in perpetuū tamen s̄m suā substantiam durabunt: licet a quibusdam positū fuerit, q̄ omnes creaturæ corruptibiles in vltima rerū cōsumatione deficiēt in nō esse.

Quæst. dist. S. Thomæ. G Quod

si. S. met. c. 4. lib. 7. de tri. nō longe a principio.

lib. 6. con. 6. com. 3.

lib. 6. con. 6. com. 3.

Vide 1. p. q. 104. art. 5. & de ueri. q. 5. art. 3. ad 6.

corp. art.

ca. pri. 4. ante f. in lib.

hir. esp. rom. 3.

corp. art. 17. arg.

co. 79. ro. 3.

Quod quidē Origeni ascribitur, qui tamen hoc nō videtur dicere, nisi aliorū opinionem recitādo: huius tñ rationem sumere possumus ex duobus. Primo quidē ex diuina voluntate, ex qua creaturarum esse dependet. Voluntas. n. Dei, quamuis absolute considerata, ad opposita se in creaturis hēat, eo q̄ non magis ad unū quā ad alterum obligatur, ex suppositione tamen facta aliquam necessitatē hēt. Sicut enim in creaturis aliquid, quod se ad opposita habet, necessarium creditur positione aliqua facta, vt Sortem possibile est sedere, & nō sedere, necessarium tamen est eum sedere, cum sederet: ita voluntas diuina, quæ quantum est de se pōt velle aliquid & eius oppositum, vt Petrum saluare, vel non, non potest velle Petrum non saluare dum vult Petrum saluare. Et quia eius voluntas immutabilis est, si ponitur aliquando eū aliquid velle, necessarium est ex suppositione illud eum semper velle, licet nō sit necessarium vt velit q̄ sit semper, quod vult esse aliquā. Quicumq; autem vult aliquid pp se ipsum, vult, ut illud sit semp ex hoc ipso, q̄ illud pp se vult. Quā n. aliquis vult quandoq; esse, & postmodum non esse, vult esse vt aliquid aliud perficiat, quo pfecto eō non indiget, quod propter illud perficiendū volebat. Deus autem creaturā vniuersitatē vult pp seipsum, licet & propter seipsum eam velit esse. hęc enim duo nō repugnant. Vult enim Deus vt creaturæ sint propter eius bonitatem, ut eam scilicet suo modo imitentur, & representent: quod quidem faciunt in quantum ab ea esse habent, & in suis naturis subsistunt. Vnde idem est dicta, q̄ Deus omnia propter seipsum fecit (quod dicitur Prover. 16. vniuersa pp seipsum operatus est Dominus,) & q̄ creaturas fecerit propter earum esse, quod dicitur Sap. primo, Creauit enim Deus vt essent omnia. Vñ ex hoc ipso q̄ Deus creaturas instituit, patet quod voluit eas semper durare, cuius oppositum ppter eius immobilitatem nunquam continget. Secūdo, ex ipsa rerum natura: sic enim Deus vnamquamq; naturam instituit, vt ei nō auferat suam proprietatem. Vnde dicitur Rom. 11. in glo. quod Deus, qui est naturarum conditor, contra naturas non agit, & si aliquando in argumentum fidei in rebus creatis aliquid supra naturam operetur. Rerum autem immaterialium, quæ contrarietate carent, proprietates naturalis est earum sempiternitas: quia in eis non est potentia ad non esse, ut supra ostensum est. Vñ sicut igni nō auferri naturalem inclinationem, qua sursum tendit, ita non auferri rebus prædictis sempiternitatem, ut eas in nihilum redigat.

AD PRIMVM ergo dicendū, q̄ fm Cōmē. 11. Metaph. quod licet oīs potentia, que est in corpore, sit finita, non tamen oportet quod in quolibet corpore sit potentia finita ad esse, quia in corporibus incorruptilibus per naturam, nō est potentia ad esse, nec finita nec infinita, sed ad moueri tantum. Sed hæc solutio non videtur valere, quia potētia ad esse non solum accipitur fm modum potentie passiuæ, quæ est ex parte materiae, sed etiam fm modum potentie actiuæ, q̄ est ex parte formæ, quæ in rebus incorruptilibus deesse non pōt. Nam quantum vnicuiq; inest de forma tantum inest ei de virtute essendi. vnde & in primo Celi & mundi Philosophus vult quod quadā habeant uirtutem, & potentiam ut semper sint. Et ideo aliter dicendum, q̄ ex infinitate temporis non ostenditur habere infinitatē, nisi illud quod tpe mensuratur, uel p se, sicut

motus, vel p accidēs, sicut esse rerū, q̄ motui subiacēt q̄ aliqua periodo motus durat, vltra quā durare non possunt. Esse autē corporis celestis nullo modo attingit, nec a tēpore, nec a motu, cū sit omnino inuariabile. Vnde ex hoc, q̄ celum est tempore infinito, esse eius nullā infinitatē habet, sicut omnino extra continuitatē temporis existens: pp quod a Theologis dī mensurari auo. Vnde non requiritur in celo aliqua virtus infinita ad hoc q̄ sit semper.

AD SECVNDVM dicendū q̄ sicut una pars exercitū ordinat, & ad aliā, & ad duces: ita corporalis creatura ordinatur, & ad perfectionem spiritualis creaturæ iuuandam, & ad diuinam bonitatem representandam, quod semper faciet licet primum cesset.

AD TERTIVM dicendū, q̄ esse nō dī accidens, sed sit in genere accidētis, si loquamur de esse substantiali: est. n. actus essentia, sed p quādā similitudinē non est pars essentia, sicut nec accidens. Si tamē esset in genere accidētis, nihil prohiberet quin in initium duraret: per se enim accidētia, ex necessitate suis substantijs insunt: vnde, & nihil prohibet, et in perpetuum inesse. Sed accidentia quæ per accidens insunt subiectis, nullo modo in perpetuum durant secundum naturam. huiusmodi autē esse non potest ipsum esse rei substantiale, cum sit essentia actus.

AD QVARTVM dicendū, q̄ ante quā res essentia erat aliqua natura, cuius proprietates esset ipsa sempiternitas: sicut est aliqua natura rebus iam creatis. Et p̄terea hoc ipsum potuit esse ad aliquā perfectionem creaturæ spiritualis, q̄ res non semper fuerint: quia per hoc Deus expresse rerum causa ostenditur. Nulla autem utilitas sequeretur, si omnia in nihilum gererentur. Et ideo nō est simile de principio, & fine.

AD QVINTVM dicendū, q̄ illa q̄ semper durabunt, habēt virtutem vt sint semper: hanc tñ virtutem nō semper habuerunt, & ideo non semper fuerunt.

AD SEXVM dicendū, q̄ licet Deus de iustitia creaturæ cōtra se peccanti, posset esse subtrahere, & eam in nihilum redigere, tamē conuenientia sit ista est vt eam inesse referret ad penam. Et hoc ppter duo. Primo, quia illa iustitia non haberet aliquid misericordie admistum: cum nihil remaneret, cui posset misericordia adhiberi. Dicitur autē in Psal. vniuersæ viæ Domini misericordia, & veritas. Secūdo, quia ista iustitia congruentius respondet culpæ in duobus. In vno quidem, quia in culpa voluntas contra Deum agit, nō autem natura, quæ ordinata sibi a Deo inditum seruat: & ideo talis debet esse pena, quæ voluntatem affligat, naturæ nocendo, quæ voluntas abutitur, si autem creatura omnino in nihilum redigeretur, esset tantum nocumētum naturæ, & non afflictio voluntatis. In altero vero, quia cum in peccato duo sint, auersio ab incommutabili bono, & conuersio ad bonū cōmutabile, conuersio post se auersionē trahit. Nullus enim peccator intendit a Deo auerti, sed querit frui tēporali bono cum quo simul Deo frui non pōt. vnde cum ppter damni auersioni culpæ respondeat, conuersio in bono eius pena sensus, pro actuali culpa conuenienter est, vt pena damni non sit sine pena sensus. Si autem in nihilum creatura redigeretur, esset quidē pena damni aterna, sed non remaneret pena sensus.

AD SEPTIMVM dicendū, quod iudicium de quibus Propheta mentionem facit, prædictam cōsecutionem, congruentiam, vel operationem penæ ad culpam importat. Furor enim a quo liberari petiunt misericordie temperamentum excludit.

Et ordi-
naria, ibi co-
tra natura
inferius es.

art. preced.

lib. 11. met.
comm. 11.

D. 11. 51.

AD OCTAVVM dicendum, quod aliquid dicitur melius, vel propter praesentiam magis boni: & sic melius est damnato esse quam non esse: vel propter absentiam mali, quia etiam carere malo, in rationem boni cadit, secundum Philosophum in 5. Eth. Et secundum hoc intelligitur verbum Domini Iesu Christi.

AD NONVM dicendum, quod forma, & accidentia etsi non habeant materiam partem sui ex qua sint, habent tamen materiam, in qua sunt, & de cuius potentia educuntur. unde & cum esse desinunt non omnino annihilantur: sed remanent in potentia materiae sicut prius.

AD X. Dicendum, quod sicut creaturae sunt ex nihilo: ita in nihilum sunt redigibiles, si Deo placeret.

AD XI. & duodecesimum dicendum, quod auctoritates illae non sunt intelligendae hoc modo quod substantia mundi pereat, sed figura, ut Apostolus dicit prima ad Corinthios septimo.

ARTICVLVS V.

Utrum motus caeli quandoque deficiat.

QVINTO quaritur, utrum motus caeli quandoque deficiat. Et videtur quod non. Dicitur enim Gen. 9. Cunctis diebus terrae, seminis, & messis, frigus, & aestus, hyems, & aestas, nox, & dies non requiescent: haec autem omnia ex motu caeli proveniunt. ergo motus caeli non requiescet quando terra erit: terra autem in aeternum stat, ut dicitur Ecclesiasticus primo, ergo & motus caeli in aeternum erit. Sed dicitur quod intelligitur de terra prout servit homini secundum praesentem statum, quo per seminationem, & messem homo fructus ex ea colligit ad sustentationem vitae animalis: non autem pro, ut terra servit hominibus iam glorificata in aeternum durans ad maiorem bonorum iocunditatem.

2 SED CONTRA dicitur Ierem. 31. Haec dicit Dominus qui dat Solem in lumine diei, ordinem Lunae, & Stellarum in lumine noctis, qui turbat mare, & sonat fluctus eius, Dominus exercituum nomen eius: si defecerint leges istae coram me, tunc, & semen Israel deficiet ut non sit coram me gens semper. Non autem intelligitur de Israel carnali, qui iam per sui dispersionem gens dici non potest. Unde oportet quod intelligatur de Israel spirituali, qui tunc maxime coram Deo gens erit, cum per essentiam Deum videbitur. ergo in statu beatitudinis leges praemissae, quae motum caeli sequuntur, non cessabunt: & sic neque per consequens motus caeli.

3 Praet. Quaecumque necessitatem ex priori necessario habent, sunt necessaria absolute, ut patet per Philosophum in 2. Physico. sicut mors animalis quae necessaria est propter materiae necessitatem. Operationes autem rerum in corruptibilem, inter quas motus caeli oportet ponere, sunt propter substantias eorum quorum sunt operationes, & sic necessitate ex priori habere videntur: cum e converso sit in corruptibilibus, quorum substantiae sunt propter earum operationes: unde ex posteriori necessitate habet, ut Comen. ibidem dicit, ergo motus caeli necessitate absoluta necessarius est, & ita nunquam cessabit.

4 Praet. Finis motus caeli est, ut celum per motum assimilatur Deo, in quantum exit de potentia in actum per firmiter renovationem, quos successively actualiter acquirit. vnumquodque enim secundum hoc Deo, qui est purus actus, assimilatur per actum. Iste autem finis cessaret cessante motu. Cum motus ergo non cesset nisi obvento fine propter quem est, numquam motus caeli cessabit. Sed dicebatur, quod motus caeli non est propter hunc finem: sed ad completum numerum electorum, quo completo motus caeli quiescet.

5 SED CONTRA, Nihil est propter vilius se, eo quod finis est nobilior his, quae sunt ad finem, cum finis sit causa bonitatis in his quae sunt ad finem: sed celum cum sit incorruptibile, est nobilior quam generabilia, & corruptibilia. ergo non potest dici, quod motus caeli sit propter aliquam generationem in istis inferioribus, per quam tamen numerus electorum posset compleri. Sed dicebatur, quod motus caeli non est propter generationem electorum, sicut propter generalem finem: sed sicut propter finem secundarium.

6 SED CONTRA, Habito fine secundario, non quiescit quod propter finem motus movetur. Si ergo generatio per quam completur numerus electorum, est secundarius finis motus caeli, eo habito non quiescet adhuc caelum.

7 Praet. Oportet quod est in potentia, est imperfectum, nisi ad actum reducat: Deus autem in mundi consumatione non dimittet aliquid imperfectum. Cum ergo potentia quae est in celo ad ubi, non reducat in actum nisi per motum, videtur quod motus caeli etiam in mundi consumatione non quiescet.

8 Praet. Si causae alicuius effectus sunt incorruptibiles, & semper eodem modo se habentes, & effectus ipse est sempiternus: sed omnes causae motus caeli sunt incorruptibiles: & semper eodem modo se habentes siue accipiamus causam moventem, siue ipsum mobile, ergo motus caeli in sempiternum durabit.

9 Praet. Illud quod est sempiternitatis susceptivum, numquam a Deo sua sempiternitate privabitur, ut patet in angelo, anima rationali, & substantia caeli: sed motus caeli est susceptivus sempiternitatis (Ioh. n. motum circulari contingit esse perpetuum, ut patet in octavo Physico). ergo motus caeli in perpetuum durabit, sicut & alia quae nata sunt esse sempiterna.

10 Praet. Si motus caeli quiescet, aut quiescet in instanti, aut in tempore: si in instanti, continget simul idem quiescere, & moveri, quia cum in toto tempore praecedenti moveretur, oportet dicere, quod in quolibet ipsius temporis, in quo natum est moveri caelum moveretur. In instanti autem signato, in quo datum est caelum quiescere, natum est caelum moveri, cum motus & quies circa idem sint: hoc autem instans est aliquid temporis praecedentis, cum sit terminus eius. ergo in eo moveretur, & datum erat quod in eo quiescebat, ergo simul in eodem instanti quiescet, & movebitur, quod est impossibile. Si autem quiescet in tempore: ergo tempus erit post motum caeli. Sed tempus non est sine motu caeli, ergo motus caeli erit postquam esse desierit, quod est impossibile.

11 Praet. Si motus caeli quandoque deficiat, oportet quod tempus deficiat, quod est numerus eius, ut patet in 4. Physico. sed impossibile est tempus deficere, ergo impossibile est motum caeli deficere. Probatio mediae. Omne quod semper est in sui principio, & sui fine, nunquam cepit esse, nec unquam deficiet, eo quod unumquodque est post suum principium, & ante finem suum: sed nihil est accipere temporis, nisi instans quod est principium futuri, & finis praeteriti, & sic tempus semper est in sui principio, & sine. ergo tempus nunquam deficiet.

12 Praet. Motus caeli est naturalis celo, sicut, & motus gravium, & levis est eis naturalis, ut patet in primo Celorum, & mundi. Hoc autem differt, quod corpora elementaria non moventur naturaliter, nisi cum sunt extra suum ubi, celum autem movetur etiam in suo ubi existens: ex quibus accipi potest, quod sicut se habet corpus elementare ad motum suum naturalem, cum est extra suum ubi: ita se habet celum ad motum suum naturalem cum est in suo ubi. Corpus, n. elementare cum est extra suum

Quest. dif. S. Thomae. G 2 ubi,

Lib. 8. com. 73. & 74.

Lib. 4. com. 101. tom. 2.

Lib. 1. com. 78. & sequens. tom. 1.